

A De causis quantitatis vrinæ. Cap. XXXIV.

VANTITATIS vrinæ superfluæ plus quam naturæ ratio postulet, vna est immēdiata causa, copiosior humor scrosus qui per renes & vesicam fertur. Duas autē oportet esse causas ut hæc fiat. Vnam, vt dignatur taliis humor: aliam, vt ad renes ducatur. nam si non dignitur, duci non potest & copiosa fieri vrina, quod si dignitur, & in venis contineatur, aut per sudorem vacuetur; non fit copiosa vrina, quare vtraq; causa necessaria. Dignitur autem multa vrina a multa potionē, tū à cibis aquosis, præterea a multo somno, aere pluioso, otio multo, & omnibus deniq; quæ humectandi vim habent. Fit & alia ratione multa, quod scilicet natura expurget se ab excrementis per renes, aut quod per medicamenta dicta diuretica ex tota massa eliciantur aquosi humores. Conuertitur vero ad renes, vel quod ipsi renes plurimum attrahant, aut quod natura eo suos motus conuertat, sicut in crisi fit quæ per vrinam perficitur. Ex contrarijs causis fit pauca vrina, vel enim non dignitur ex defectu causarum humidarum: aut genita absuntur, vt accidit in febribus: vel quod ad renes & vesicam non feratur. Id quod accidit, vel quod nō attrahant renes male affecti, aut aliud membrum sit lœsum, quod susceptioni, attractioni, expulsioniq; sit destinatum. Potrō supprimitur vrina à varijs causis, de quibus hoc loco agendum non est: nimurum quod non actionis, sed ipsius exrementi causas reddere nostrum fit institutum.

B *Quarum partium dispositiones & quos affectus vrinæ significare possint.* Cap. XXV.

VLEGARISS Medicis assentiendum nō est, qui omnes corporis affectus & omnium partium morbos ex vrina se dignoscere & diuinare posse profitentur. Quomodo enim ostendet earum partium morbos quæ sua exrementa per vrinam non emittunt? Prætereatis si vrina exrementum est, & talia exrementa in se recipit; nequaquam poterit eos morbos indicare in quibus nulla fit concoctio, & propterea nulla generatio exrementi: aut si fit, vrina non est, aut cum vrina non miscetur, vel ab ea non separatur. Propterea ridendus Actuarius qui membranarum cerebri, cordis, pulmonis, pectoris, vteri & etiam artuum mala ex vrina dignotionem tradit. Quis luxationes, figuræ vitiæ, cavitates partium corruptas, asperitates, laevitatis partium præter naturam, magnitudinem minorum, & situm, & vitia quæ ex solutione continui accidunt in partibus externis, ex vrina deprehendere potest? Verum vt illi damnandi sunt qui omnia ex vrinis vaticinantur, ita nec illi sunt probandi qui dumtaxat vitia venarum ex vrina cognosci volunt. Nam quum aliquæ partes se exonerent in venas, vt caput; cur non poterit vrina illarum affectus significare a quibus exrementa decidunt? Quippe quum experientia doceat, spumosas vrinas capitum plenitudinem significare, & ab eo descensum pituitæ in subiectas partes docere: Præterea quum pituitæ generatio fiat in hepate, non solum vitio hepatis, sed etiam quando ventriculus non satis concoxit nec preparauit alimentum hepatis, poterit vtq; vrina etiam significare: quod non semel docuit ex patientia. Vbi enim aquosæ minguntur vrini, raro aberrat Medicus, sed debilem ventriculi concoctionem præfigit. Ad hæc quum exrementa quæ cum vrina misceri solent, saepè non misceantur, eo qd ad alia loca fetantur, indicat profecto etiam illarum partium mala, ad quas huiusmodi humores reuocari solent. Quo pacto delirium pronuntiamns ex vrina quæ in febribus tincta mingebatur, & postea alba & tenuis emititur, nulla facta euacuatione bilis. Et quoniam crassitudo subiugalis in vrinis flatum inclusum habet, qui superiora petere solet, merito ex tali vrina capitum dolorem diuinat Hippocrates. Itaq; vrina potest ostendere earum partium affectus in quibus dignitur, & a quibus materiam capit ex qua dignitur, nec non ea à quibus colorem, crassitudinem, contentam, opacitatem, perspicuitatem, odorem & reliqua quæ in illis consideranda esse diximus, recipit, nec non partium per quas transit, & in quibus retinetur, & per quas expellitur, nec non earum quæ priuant eam aliquo humore qui cum ea misceri solet. Ac vbi supprimitur, ostendit uel non igni ipsius materiam defectu potionis & aquosi humoris, aut non attrahi a partibus destinatis ad illius attractionem, aut non expelli ab illis quæ comparatae sunt ad illius expulsionem a natura, aut viam illi præclusam in illis partibus per quas permaneat, aut illius materiam ad alia membra transferri.

C *Quænam ex illis quæ sunt in vrina, certiora præbeant indicia.* Cap. XXVI.

DIXIMVS ex urinæ qualitatibus, quantitate, contentis, & consistentia, indicia sumi ad partes corporis & ipsarum mala dignoscenda. Sed quoniam prædicta parem uim nequaquam obtinent, ideo singulis tribuenda est propria dignitas & facultas: qua i.a re tradunt omnes scriptores de hac re leuiora esse indicia, quæ sumuntur a calore quam a consistentia; & hæc minora esse illis q̄ dicuntur a contentis, quæ uera quidem sunt. Nam exiguis sufficit